

ET DOCTRINÆ SYNOPSIS.

- III. Probatur prima pars vel ex ipso, qui producitur est, Jansenii loco, si integer audatur; sic enim habet: *Neque vero mores quempiam quod constat multos Divinitus mente collustrari, & in ipsa voluntate motibus Divina gratia percelli, qui tamen ab eis interna frustione, & inclinatione dissentunt.* UT PROPTEREA FALSUM PUTET, GRATIAM IN EO, CUI DATUR, SEMPER OPERARI. IV. Ea enim est Jansenii illid, & ablura lenitatem, tam certò, & necessariò effectum, id est, USUM, & INFLUXUM omnem, cuius homo in illis circumstantiis capax est, ex data gratia consequi, quam effectum formaliter ex causa formali, Sic neque ait l. 2. de gratia Christi c. 4. *Adjutorium gratia ante lapsum Ad tale erat, ut ab ipso liberæ voluntatis motu dependeret, salvaque maneret illa lib. ratias in utramque partem flexibilis indifferenta, nunc vero talis est, quod suæ efficacia faciat in fluere facultatem, nec ipsum libero arbitrio subjaceat; sed hoc ipsum, quo datur, simul USUS ejus, & INFLUXUS detur;* sicut hoc ipso, quo adeit iustitia, fit iustus animus. V. Quid clarius ad demonstrandam constantem, & omnimodam Jansenii cum tot Quesnelli de efficacitate gratia Propositionibus confonensem?
- VI. Probatur secunda pars, Quesnelli in *Querela, & Protestatione sua* pag. 43. sic infit: *Accusor, quæ non admittam gratias inefficaces, quibus re ipsa resistatur, quæque ob resistentiam voluntatis non omnem obtineant effectum sibi debitum: nunquam ab istiusmodi gratiarum affectione alienus fui, & revera eas admissi in Observationibus Moralibus, & alibi plusquam vigeless, aut etiam triges. Ergo Quesnellus aquæ ac Jansenius admittit gratias verbottenus inefficaces.* VII. Dixi *verbottenus inefficaces*, re ipsa enim, & vero Catholicorum sensu inefficaces à neutro eorum, saltè in hoc statu, agnoscí compertissimum est; cum nomine inefficacis gratia eam Orthodoxi intelligant, cui voluntas resiftit, vel cuius effectus à libero arbitrio impeditur. Atqui juxta Quesnellum *gratia est operatio manus Omnipotens Dei, quam NIHIL IMPEDIRE POTEST, AUT RETARDARE* per Propos. 10. cui tot alia conseniente. VIII. & juxta Jansenium l. 2. de gratia Christi c. 4. gratia simul ac pulchritudine rumpit offia, repugnantemque domat voluntatem, collit omnem ejus resistentiam. Ibidem persuaderet nititur, bominem operanti Deo per gratiam non posse resistere. Ergo nec Jansenius, nec Quesnelli admittunt in hoc statu gratiam vero Catholicorum sensu inefficacem. Dicendum proinde, quod quæ apud ipsos inefficac appellatur, non sit talis respectu effectus, quem hic, & nunc habere potest, & non habet (cum gratia in eorum sententiâ semper operetur, quan-
- tum spectatis circumstantiis operari potest) sed tantummodo respectu effectus, quem habere potest, & re ipsa haberet, si concurreret cum ejusmodi concupiscentia, cuius ardor remissior esset, quam delectatio gratia quo casu hæc operaretur abfolatum, & efficacem confensem; At opposita fortiori concupiscentia, producit tantum inefficacia quadam desideria, deliberata quidem, sed tamen adeo debilitas, ut ab observationem præcepti, & fugam peccati haud quamquæ sufficiant. Etenim, ut ait Jansenius lib. 8. de gratia Christi c. 2. *gratia delectatio virtutis, que Augustino (ut falso putat) est efficax adjutorium, relativa est. Est virtus quando alteram (concupiscentiam) superat; quid si contingat alteram ardenterem esse, in solis inefficacibus boni desideriis herebit animus, nec efficaciter unquam volet, quod volendum est.*
- Hoc eodem sensu dicit Quesnelli, alienum se non esse ab admittendis gratiis inefficacibus, quæ ob resistentiam voluntatis non omnem obtineant effectum sibi debitum: effectus (scilicet gratia debitus, juxta Novatoris placita), ille est, qui debetur gratia secundum se spectata, & qui ab ea obtineretur, si nullus obesse concupiscentia motus, vel si is debilior fuisset, quam suavitatis celestis auxili. At cum gratia data supponatur in iis circumstantiis, in quibus motus concupiscentia fortior est, hinc anterior gratia effectus invictissime impeditur, & idonea solummodo est excitanda cuiquam velletati, & inefficaci desiderio.
- Ita facile componuntur quæcunque in Quesnelli, & Jansenii doctrinâ evidentur contraria. Gratiam juxta Prop. 10. nihil impedit potest, aut retardare, subintelligere, à producendo omni effectu, cuius hic, & nunc capax est, attempo concursus majoris, minorive concupiscentia, & Divinæ voluntatis beneplacito, à quo, si novos Theologos audiamus, tam corporeorum, quam spiritualium motum leges pendent, & ineluctabiliter definitæ sunt. Hinc Theologiz compendium à Quesnelli Cliente Lovaniæ editum, & post Romanam condemnationem à Quesnello defensum sic pronuntiat: *Singuli gratia gradus (qui à conflitu concupiscentia superfluit) semper in nobis obtinent id, quod per illos vult Deus juxta leges a se stabilitas.*
- IX. Nemini igitur sensato Quesnelli perfuerit, ullum in suis principiis catholicis sensu resistere potuisse gratia, cui affensus est, vel afflentiri, cui resiftit; Catholicis sensu, inquit: neque enim hic moratur resistentiam, ejus & Jansenii sensu intellectam, qua scilicet non producitur effectus, qui hic, & nunc produci non potest; sed tantum producibilis est in aliis, & proportionatis tali effectui circumstantiis.

FINIS SYNOPSIS.

Errata